



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita, Et Gestis S. Francisci Xaverii È Societate Iesv
Indiarvm Apostoli Libri Qvatvor**

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1666

62. Caritas Xau. in animas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10854

balle frater! quando tam pulcher es, cur tantum refugis ferreis soleis calcari? num decet parere te tuo Domino, cuius es, & cuius aere tu aleris? sub hæc iubet acciri fabrum ferrarium, qui ferocitatem expertus calcitrans, vix adigebatur vt rediret, ne præter iacturam operæ, & temporis, aliquod etiam infortunium referret. Venit tandem licet agerine, equum reperit excipiendis soleis mansuetum, & docilem, quæ illi facilitas in posterum mansit.

62

Caritas Xau. in
animas.Or. 3. de laud.
Pauli.

Superest videndum Apostoli ardor in æternam salutem animorum, quam longè ac latè, quanta incendia miscuerit, qui temporariis corporum subsidiis, & commodis viros exeruit tam magnificè liberales: hoc si minus explicare valero, coniciendum saltem dabo. Ac satisfacere opinor proposito, si quod Chrysostomus in Apostoli sui laudanda caritate mirabiliter attollit, persuaderem debere de Xaverio quoque intelligi, *quasi uniuersum, inquit, mundum genuisset, sic perturbabatur, sic curabat, sic omnes in regnum Dei festinabat inducere; docendo pollicendo, medicando, tum orando pro ipsis, tum etiam ipsis supplicando, & terrendo, & demoni corruptores animarum fugando, aliquando epistolis, aliquando presentia, nunc sermone, nunc rebus, per discipulos, per semetipsum conabatur erigere labentes, stantes vero firmare, humi iacentes attollere.*

De Xaverio certe, ipse qui viderat, qui spectator atque obseruator laborum fuerat, quos in subiugandis Cruci Christi, tot regnis exhaurit insuperabiles, & humanis maiores, ille inquam scriptis consignatum reliquit, fuisse omnino supra naturæ vim quod duraret in vivis Xaverius; tantis oneribus non fuisse naturam absque superiori præsidio parem: summum eius miraculorum non fuisse, excitatos in vitam mortuos, sed eiusmet vitam annorum duodecim immensis laboribus minime oppressam; tot enim ab suo ex Europa discessu ad beatum in superos transitum exegit: Idem sensit Alexius Menesius Goanus antistes & Indiæ Primas; post, Lusitanæ quoque Prorex, qui *pro magno miraculo reputauit* (refero eius verba) *vt tam paruo tempore tot gentes conuerteret, in tam dissitis inter se Præuincis, & regionibus, nam innumeris pane populis omnis generis, sexus, & conditionis, quos prius in fide instruxerat, sacrum ipse Baptisimum imperit.* Hos tamen nihil tam arduos, & continuatos, animabat quæstus salutis: alienæ non modo vegeta sanitate, sed etiam alacri, & erecta, vt qui erat ardor purgatissimæ caritatis, naturæ inductio, & procliuitas genij censeretur. Quem virtutis absolutissimæ apicem Xaverio asserit testimonium Melchioris Nunnij, raræ in diuinis prudentiæ, & qui omnibus nostris in India præfuit. [Ita (inquit, nam reddo quod scripsit) ita Magister Franciscus, fidei propaganda, concionibus ad Christianos, ad Saracenos, & ethnicos suam operam dabat, vt eum putares ex procliuitate ingenij, & naturæ pondere agere, non virtutis imperio, vel studio partæ, vel diuinitus infusæ, adeo nequibat aliter viuere, nec iucundè alijs occupari, nisi adducendis ad agnitionem, & amorem Dei hominibus: in hoc versabatur, oblectabatur, acquiescebat totus, vnde-

cumque

eumque spei scintilla emicaret, inferendæ in regnum aliquod fidei, repente aduolabat, & auertentibus subinde amicis ab aperto vitæ discrimine, quod essent ea loca sex & septem miliarium millibus turbulentissimo petenda Oceano, & immanibus populis habitata; respondebat promptum sibi esse vel centies mori, vt animam vnã aeternæ morti eriperet. Barbaros ipsos præsertim Iapones ingens detinebat admiratio, cum hominem cernerent ex orbe altero ad hoc vnũ venisse, vt suam ipsorum lucrifaceret salutem. Planè affectantem illius itinera in quæstu animarum, & consumptos in illa menses annosque numerantem, deficiet dierum vel horarum paucarum spatium, quod rebus gerendis reliquum habere potuerit. Ex Lusitania primo tractu mensibus tredecim peruenit in Indiam. Hyemauit Mozambici; Melindam ad latus Africæ attigit; inde Socotoram è regione Arabiæ, Goæ denique in portum subiit. Hinc ad promontorium progressus Comorinum, oramque omnem Piscariam, Nagapatanũ tenus pagatim atque oppidatim Euangelium sparsit. Post venit Cocinum; & Goam redux, Piscariam denuo lustrauit, eiusque interiora mediterranea; tum regnum intrauit Tranancoris, cuius tractu matitimo prædicatione Christiana, & conuersionibus hominum peragrato, Cocinum, & Goam repetiit, protractusque est in Cambaiæ regnum, ex quo præterlegens quicquid Indi fauces, & Cocinum interiaret (continetq; partẽ occidentæ Indiæ ad mare potissimã cis Gangem) Cocino caput Cori flexit, & in Zeilandum traiecit Insulam, postea Vaccarum, & Manarã ex qua Nagapatanum vertens peregrinatus est ad S. Thomæ in Coromandelo, vnde sinu transuerso Malacam nauigauit. Exiit vltra æquandem circumulum descensu, hemisphærium ingressus est australe, Bandam vsque, Amboinum, Nuliagram, Vlaten, Baranuram, Rosolaum, & alias nautis quoque ignotas & absque nomine Insulas. Tum & Ternatem, & in Morosiam, ac Morotaium (quæ duæ sunt Mauri insulæ) Celebem siue Macazarem, & hinc rursus Ternatem, & Amboinum, iterque cis Equinoctij lineam remensus Malacam reuisit: illic sinu exceptus Occidentem versus promontorium circuiuit, & applicuit Cocinum, quo vix propè contacto, cursum iterauit in oram Piscariam & regnum Candia in Zeilano situm; post Goam & eodem in littore paulo superiorem Bazainum: inde Goam, Cocinum, relectoque itinere Goam, & Cocinum: ex quo ripam fluuij radens vsque ad promontorium, in sinum subiit Malaccensem, vbi versa prora in Septentiones, rarisque Sinarum quibusdam laterariis insulis, Cangoximam tandem Iaponiæ appulit, Goa miliarium ad quinque millia semotam. Iacto illic in regno Saxumã Christianitatis primæ fundamento, penetravit se in regna Firandi & Suui, cuius Amanguccium princeps est ciuitas; illinc pedes bimestri spatio, Iaponiæ caput Meacum attigit, vbi dies moratus perpaucos, repetita via Amanguccium remeauit; euocatusque in Bungenfense ad Figenfense regnum, post annorum duorum inuicta cum Bonziis, de quibus narrauimus, prælia & Apostolicos sudores, mari se reddidit, & Saneianam insulam libauit, sed

tempestate abreptus in deuia, ventorum arbitrio in Mindanaum delatus est, quæ vna est hodie inter Philippinas maximè Australes. Habent gentis illius monumenta Christi cultum sibi ab Xauerio promulgatum. Inde Malacam & Goam reuifens, Malacam postremo nauigauit, Sincapuram frerum, & plagæ Sinenfis aliquot insulas, vnde breuem post moram in Sanciano denique constitit, quæ fuit peregrinationum eius meta, ex qua in sedes beatorum quietas euasit. His itineribus, & ea quam tenui ferie, vitæ annos ferme duodecim exercitos duxit magnus Apostolus, quibus nec Iaios, Aenos, Malaios, nec multas accenso insulas, quòd gnarus licet iis quoque ab eo affusam Euangelij veri lucem, tamen adhuc rescire distincte nequiuim quo tempore illuc nauigari iungat qui potest tot milliaria, tot terrarum, & maris spatia in certum numerum. Abundè mihi sit dixisse tot itus ac reditus si conferantur in longum ordinem, æquatos multoties immensitatem maioris circuli quo Geographi terras & maria ambiunt, nec tamen iis in itineribus minus aliquid agebat, & leuius quàm ipsum iter. Quare item in illum scitè cadit, quod se Chrysostomus de Paulo non augendi causa, sed vere professus est dicere. *Omniem quanta est sub celo regionem quasi volitans circumiuit, non simplici labore velut in vacuum itinera percurrens, sed peccatorum spinas pariter euellens, & verbum seminans ubique pietatis, fugans errores, veritatem inducens, ex hominibus angelos faciens, quin imo ipsos homines, quasi ex damnis in Angelos prouehens.* Omnino qui gestis illius attenderit, quot centena hominū millia, sic enim disertè designat in bulla Pontifex, sacro Baptismo expiari, Christi regnum quam latè porrexerit, vix intelliget aliquid temporis ad iter, esse illi reliquum potuisse. De se quidem non semel affirmavit, si locis decem eodem tempore, præsens decuplam dedisset operam, futurum tamen, vt ne illis quidem quæ tunc maximè urgebant satisficere valuisset, verum vnus vt erat, tam multorum explebat vicem; vt quod semel ingenti prodigio, prope Sinas Baptizans gigantis statura comparuit, videatur id illi decem iis annis fuisse perpetuum quibus tot intra & extra Indiam populos sacro fonte purgauit, non proceritate illa semel eius corpori ad ostentum diuinitus adiuncta, sed vastitate animi generosa, & actiuosa vi, quam rebus gerendis æquare nemo absque miraculo sperasset. Iam si Apostolum fieri, constat centies mille infidelibus ad fidem conuertendis, quam multis Xauerius suppar Apostolis fuerit, vel eorum solummodo nomine quos manu propria baptizauit: si vt ipsemet an. 1554. scripsit, decem illi annos addidisset Deus, tantis sanè principis, in fidei propagatione respondissent progressus non impares; sed residuo sibi non plus triennio, velut prælagus breui, æuis instabat infimis precibus apud Lusitaniæ Regem & Ignatium vt magno numero ad se auxiliarias operas mitterent, spondens fore vt illos omni officio, & obsequio coleret, haberetque seipso cariores: etsi autem velut futuris sæculo superstes cogitationes semper in grandia mitteret, & longinqua; sed festinabat agendo, nihilo segnus quàm minimè crastinum visu-

Hom. 1. de
Laud. Pauli.

rus, fiebatque interdum vt Sanctis laboribus iucundiffimè immerfus
 cibi ad triduum obliuifceretur; lautius illo faginus quem Petro quon-
 dam cœlum appofuit, cunctantem arcana stimulans adhortatione, *occide,*
& manduca. Habent cupiditatis animorum tam exquisitas in Deo, & visca-
 tas illecebras, vt familiarem cum eo experti confuetudinem agrè ab iis
 auelli fe sinant ad commercia salutis alienæ; fed ab hoc nœuo tam pro-
 cul aberat vir Sanctus, vt iis licet voluptatibus mentis afflueret, haud
 tamen vinciretur, nec abftineretur ab fui laboris, & auxiliij copia cuius
 mortalium, vili, mendicor, pueris, prodigè commodanda; vbiuis illius
 operâ animæ fuæ bono aliquis polceret, volebat ab orando, contemplan-
 & abftrecti ab fenfibus animi delitiis abfttrahi, adedque ab cœlo, & à Deo
 vt fuauitates ab eo hauftas totidem rependeret gaudiis quot ei animas lu-
 craretur: contigitque fubinde in officij diuini penfatione, horæ vnus
 recitationem ab eo fepties abrumpi, & maiori quàm prius iucunditate re-
 fumptam, promptius iterum, quàm fuiffet refumpta intermitteri, Clau-
 dat hunc locum animaduertifio fanè grauis, nempe à vero abire longius
 qui putent mortales ad Christum à Xauerio traductos, quòd prope abf-
 que numero fuerint, non fuiffe ab eo nifi leuidensè, & obiter, fuperfi-
 ciaria præparatione ad fidem inftitutos, fed fparfis in caput, aliquot
 aquæ guttis, hoc vno Christianis accenfos: fabulæ, & mera fomnia,
 pueros, virgines, maritas, viduas, mercenarios, feruos, & Dominos, fuis
 feorfum diftinctos claffibus, & horis feorfum docebat, efficiebatque fin-
 guli vt clarè non modo perciperent, fed contestarentur etiam clara voce,
 percipere fe fe gillatim articulos fidei, & officia hominis Christiani. Fin-
 gebat iis peculiari ftudio magiftros idoneos, quibus fuas in eorum infor-
 matione credebat vices; quacumque forent ad salutem credenda neces-
 fariò, & agenda, fuæ cuiufque regionis fermone vernaculo ab fe explica-
 ta iis tradebat, patronos idololatriæ Brachmanas, Iogas, & Bonzios fran-
 gebat difputatione affidua, & forti: nec locum mutabat quem femel
 Christo fubegiffet, nifi eius fides tam firmis iam illic radicibus nitere-
 tur, vt fuffentare fe in pofterum per fe fe valeret: & vero ex tot neo-
 phytis dempta vrbè Tolo (idque ab breue tempus) non eft memoriæ
 proditum gentem vllam in damnatos errores recidiffe, è contrario cer-
 tum eft, ciuitates & regna, quæ decennio integro poftquam Dei cultu ini-
 tiata ab Xauerio fuiffent, nec Sacerdotem viderant, nec peregrinum
 Christianum, tam viuacè tot annos memoria, myfteria fidei; vfuque tam
 fernido mores feruaffe Christianos, vt fi pridie tincti forent. Scimus &
 complures in mancipia abductos, fidem Christo inuictam tenuiffe, &
 furentibus incallum ethnicis Dominis vita maluiiffe quam fide cedere.
 Hæc erant animi firmitate quos Xauerius ad Deum conuerterat: quod
 autem fpectat eorum numerum feribunt iudices dicti ad cognofcendum
 de illius fanctitate, ex communi fama, feptingenta millia exceffiffe, eaque
 folida vfuque in præfens pro Christo constantiæ: ita quidem illi. Sed
 eius numeri non poffe fummam nifi valde incertam iniri certum eft: nam

et si compertum est, illic eum duodecim, alibi quinque ac viginti, rursus alijs locis etiam quadraginta, & ad centum hominum millia Christo peperisse, (quæ definiuntur non vacillantibus numeris) verum quis diuinando assequatur quam multi fuerint, quos suis tum ipse literis, tum actorum ipsius iuridicæ significant tabula, cum aiunt, die vno, oppidum integrum Christo adiunxisse? cum eum vocem, & brachia rependa toties Baptismi formâ, & aquâ fundenda defecisse? de regno Trauancoris secus mare, constare totum ab eo Christiano cultui mancipatum. Ex Malaiis, Acemis, Iaiis; ex Mindanao, Macazare, ex ignotis vasto Orientali Oceano insulis, in quibus legatione pro Christo functus est, quis dicat quot dona quot menses, quot prædas Christo retulerit? cum memoria superfit vix tenuis iustrasse illum ea loca, & in iis grandia gessisse. Lego passim in actis iuridicis testimonia oculata asserentium nunc P. M. Franciscum vniuersam urbem Sacro fonte lauisse, nunc vniuersam insulam, nunc regnum vniuersum, ex quibus quæ potest subdaci ratio quæ non sit anceps & dubia? quare de illa tanti Apostoli caritate incomparabili, partaque immensis eius laboribus Ecclesiæ gloria, nihil posse videri aut à me scribi, aut ab alijs optari vberius quam quod duo summi Pontifices Greg. X V. & Urbanus V I I. pronuntiant, cum in narranda eius morte hanc vitam intexunt epitomen. *Demum vir Dei consummato feliciter peregrinationis suæ cursu, fama sanctitatis clarus & bonis operibus plenus, cum ei benedictionem Abrahæ Patriarchæ spiritualiter elargitus esset, ut multarum gentium pater efficeretur, & filios quos Christus Iesu genuerat, super stellas cæli, & super arenam quæ est in litore maris, multiplicatos videret, & ex eis plurimos proprio sanguine laureatos ad cælestia regna præmisisset, Orientalium Indiarum Apostolus, ab vniuersis India regnis, totoque Christiano orbe appellatus, dum aditum Euangelio, in vastissimo Sinarum imperio querebat, assiduus laboribus quos ultra humanas vires pro gloria Dei tolerauerat, confractus, in Insula prope Sinas, ad cælestem gloriam perpetuo cum Deo regnaturus enolauit.*

Apostoli caritas hæcenus enarrata, quàm fecundis, & inexpletis arderet ignibus utcumque spectauimus; quàm industria & solers fuerit, sequitur ut nunc admiremur: nobis enim se primùm obiciunt, ingenti numero ædes Sacræ quas Deo posuit; materia esto, & mole, initio tenues & angustas, parietibus ligneis, tecto stramine ramisque conferto; crecta interius cum altari cruce, & (si quæ conspicua, & insignis) effigie aliqua Deiparæ Virginis ornata: sed inter barbaros, quibus arborum trunci, pro venis marmorum; pro architectis necessitas; templa, & basilicæ videbantur: quodcumque in oppidum; & pagum, conuersione incolarum Christum intulisset, eiusmodi aliquod in eo templum statuebat, & notum in tractu Piscariæ, plus minus pro locis adornatas supra quadraginta dedicasse, itemque in altera regni Trauancoris ora occidenta. Quod si minime daretur, in editiori saltem cliuo, grandem seivntum à publico erigebat crucem, exindeque is locus fiebat incolis sacrosanctus

anctus, & inuiolabilis: vias præterea discursu hominū frequentes, & portū aditus, & colles prospicuos, & vacua littora cōsecrabat, munitabatque crucibus quas præteruehentes nauatā salutarent, & piam aliquam ex iis susceperent cogitationem: porro quas dixi ædes sacræ, haud semper in paupere ac rudi natalis sui iacebant egestate; aucta numero, & religione fidelium pietas, reformabat illas, & decorabat identidem, & æmulo ambitu certabant populi, cuiusnam sacra ædes maximè splenderet, eamque curam à communitatum Rectoribus exigebant. Vt eumque nihilominus, vrbane an rustice vestirentur, par vbiq; illas & eadem Christianorum fides & pietas, magnifice ornabat. Illic quotidie adesse, statas horas precando, canendo, repetendis fidei dogmatis obire: illic angustis priuatis & publicis, diuinam opem implorare; illic suos ægrotos deponere, vnde sapiens redibant sani, eratque id ad cō peruagatum, vt venerentur illas etiam ethnici, & hōc propensius quod ex iis vnus fidei odio, & communitatis probro, violatam eius Ecclesiam, pauendi exempli interitu luit: Neque illic solum ædificabat templa S. Pater vbi nouam fundaret Christianitatem, sed quamcumque applicuisset insulam, aut portum, extemporaneum in tractu littoris extruebat templum, vel de ramalibus, & cortinis; vel de nauis ipsius velo, palis aut arboribus quatuor, in modum tentorij explicato, quod nauas, vectores, mercatores caperet ad sacra obetunda, audiendumque Dei verbum.

In cuius dispensatione, altera verlabatur caritatis eius exquisita industria, sibi enim statuto in dicendi regulam auditore, vt in vicis aut vrbibus; Christianis veteribus aut nouis concionabatur; ita se illorum attemperabat conditionibus, vbiq; tamen & apud omnes Deum spirans, & ignem quo æstiuabat interius, vultu prodens. Fuit cum tot millibus Indorum obsideretur ad audiendum vt cogeretur arbores habere propulcitis, quo videri ab omnibus, & audiri posset: felicitatem beatorum, & damnatorum æternos cruciatus (quod vnum ferme tractabat argumentum) representabat imaginibus tam viuīs, vt cum desisset, concurrerent ad eum Barbari cum fletu, stringerentque amplexibus, vociferantes, magnum esse, ac verum Christianorum Deum, imo & conciones identidem, ipso quoque hortante, interpellarent contestatione, quas sublatis, & in crucem ad pectus reductis brachiis, affirmabant se Christo credere, execrabantur idolatriam, & idola, spondebant se vitæ potius sermone vt consuesse, iis quos alloqueretur accommodo; rudi, barbaro, pedestri, culto, prout esset auditor qui adstabat, sic vt mancipia & indigenas docens, qui ex vsu cum Lusitanis perpetuo, illorum vocabula in natiuam linguam ineptè, ac perperam derorquent, easdem cum ipsis vsurparet voces, eodemque efferret sono, tum vt perciperetur ab iis cōtius, tum vt iis esset velut vnus ex iis acceptior, quod ei tam bellè ex animi sententia processit, vt vsque ab Iaponia socios in India moneret, diuersitati auditorum sermonem quoque variè aptarent. Pridem vero edoctus

63

Prædicatio

Xau.